

N^o 504.

A. BODDENS à CHRISTIAAN HUYGENS.

28 JUILLET 1658.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Chr. Huygens y répondit par le No. 508.*

Nobilissime, ac Clarissime Vir.

Post discessum meum ab Haga, ubi Amstelodamum veni, Eichstadii ¹⁾ Ephemerides ²⁾ quaesivi, de quibus inter nos sermo fuit, et inveni illas apud Elseviro: constant autem quatuor florenis cum semisse. Quam gaudeo occasione oblatam, per quam Dominationi vestrae potuerim inservire. Rogo te Clarissime vir, si qua in re tibi posthac prodesse possim, me uti ne dedigneris: quandoquidem mihi nihil plus in votis est, quam cum Claris viris conversari.

Fateor quidem me indignum tanto honore, et tenuitatem ingenii non ignoro; nihilominus erigor per studia, quae me animosum reddunt te compellendi: non quod jactem studia, velimque doctissimus haberi, nam me in primo vix limine haereri, confiteri cogor.

Volvi, evolvi libros tuos, nec legendo satiari possum: venit autem nuper ad aures meas praeter duos libros mihi cognitos, quorum unus de quadratura hyperboles &c., alter de circuli magnitudine, plures Clarissimum virum in lucem emisisse, rogo si dignus sim (quod spero sine molestia Domini fieri posse) hujus rei ut certior fiam. Hoc tamen unicum peto, ut quod abutar Te per audaciam, flagranti studiorum amori id imputes. Ni enim hoc feceris, non invenio quod me liberet à vitio hominis importunissimi; nam me impulere benignitas vestra, ac singularis comitas, quae foles etiam eos qui longè infra vestram dignitatem sunt excipere.

Claritudinis vestrae Addictissimus servus
ABRAHAMUS BODDENS.

Dabam Amstelodami
Tertio Kal. Augusti A. 1658.

Mijn Heer Mijn Heer CHRISTIAEN HUIJGENS, ten huijse van
mijn Heer CONSTANTYN HUYGENS Heere VAN SUJLICHEM &c.
port
met een packjen. tot 's Gravenhage

¹⁾ Lorenz Eichstadt naquit le 17 août 1596 à Stettin et mourut le 8 juin 1660 à Danzig. Il fut reçu docteur en médecine à Wittenberg le 18 septembre 1621 et devint professeur de médecine et de mathématiques au Gymnase de Danzig. Il publia, en partie à Gouda, plusieurs ouvrages, surtout des observations.

²⁾ Laurentij Eichstadii Ephemerides Coelestium motuum ab anno 1636 ad annum 1640: prae mittitur paedia ephemeridum. Stettin. 1634. in-4^o.
Le second volume, pour 1641—1650, parut en 1639 à Stettin.

N^o 505.

H. BRUNO à CHRISTIAAN HUYGENS.

1 AOÛT 1658.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Chr. Huygens y répondit par le No. 506.*

CHRISTIANO HUGENIO MEO.

Nobilissime atque incomparabilis Domine,

Quem jure optimo, maximo, uno omnes ore faeculi nostri
Archimedes, cui vel ipse Marcellus assurgat, salutamus;

Cum post operarum, more suo diem ex die ducentium procrastinationem bene longam praelo tandem subiectus sit meus, non inventus, repertus Iobus ¹⁾ et ex tenebris ac fimo erutus, ringente licet Diabolo, Lucem, Deo volente brevi sit visurus, et vivus, (an redivivus?) per ora virum, si quid auguror, volitaturus, cum amicitiae ac amoris pristino, mihi nunquam non perspecto probatoque litaveris, tum famae atque existimationi Brunonianae plurimum confules, si Perillustri Parenti tuo, Apollini omnium publici, quantum est, poetarum, meo autem privatim etiam Maccenati, aurem de Epigrammate promisso operique praesigendo vellere digneris, Proverbia regum, imò hominum sapientissimi, et Ecclesiasten ²⁾, non viles profectò mantillas, si authorem ac materiam potius quàm me carmine vernaculo reddentem spectes, addam patientissimo mortalium. Cantici insuper ac Threnorum ³⁾ iterabitur editio ⁴⁾, atque ita uno omnia isthaec volumine, in octavo, forma portabili conjungentur. Si quid itaque vel in opus univertum, vel in singulas ejus partes seorsim, meditari placuerit, tam perpetuum gratiae debendae reum, quàm referendae imparem semper me perillustri Parenti sit habiturus. Is autem, ut aurem iterum vellent Cyriaco Lentulo, quem Metellum Celerem experiri malim, Illustri amplissimoque Buferoio ⁵⁾, quò tandem aliquando ad me transvolet tanto petitus ambitu, tanto datus aureus in numismate Auriacus, per genium Hugonianum, per Brunonianum, per communia Musarum sacra rogo quaequoque, gratias coram, Deo volente, pro-

¹⁾ H. Bruno parle ici de sa version poétique:

Het Boek Jobs, den Prediker, Spreucken en Hooghe Liedt Salomons, midtsgaeders de Klaegliederen Jeremiae. Door H. Bruno. Hoorn. 1659. in-8^o.

²⁾ Les Proverbes et l'Ecclesiaste forment les 2e et 3e parties de l'ouvrage de la note 1.

³⁾ Bruno désigne les Threni, Lamentations de Jérémie. Celles-ci avec le Cantique des cantiques forment les 5e et 4e parties de l'ouvrage cité.

⁴⁾ Nous n'avons rencontré aucune mention d'une édition antérieure de l'ouvrage: Het Hooghe Liedt Salomons, midtsgaeders de Klaegliederen Jeremiae. Door H. Bruno.

⁵⁾ Voir la Lettre N^o. 97

lixissimas acturus, et quid quantumque in ingentis Pœtæ ingenti carminum volumine perlustrando erraticque typographicis colligendis præfiterim, ostensus, ubi adulto mensè septembri per ferias autumnales advolavero. Ita vale.

Tuus ex affe
HENRICUS BRUNO.

Hornæ ipsi Calendis sextil. CIÖICLVIII.

N^o 506.

CHRISTIAAN HUYGENS à H. BRUNO.

8 AOÛT 1658.

*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.
La lettre est la réponse au No. 505. H. Bruno y répondit par le No. 510.*

CHRISTIANUS HUGENIUS HENRICO BRUNONI suo S. P.

Accipe, Heroum doctissime, tergemino operi tuo præfigendam triadem paternorum Epigrammatum, quæ in Vitalio suo enata, non invitis musis, ut mihi quidem videtur, secum huc attulit. De numismate Auriaco vellem te tam facili desiderij compotem fieri posse, neque cum Lentulo illo nobis rem esse, qui *ἄμυστο*; ipse non genium aut ingenium Brunonianum curare videtur, nec ipsum puto Apollinis numen. Pater meus ut sæpe aliàs nunc denuo, tuo nomine cum illo exposculavit, sed hæcenus nihil præter verba dat nec desinit Brunoniana abuti patientia. Si me audies, cum primum huc adveneris, minas illi atque arma tua intentabis. Vale.

Hagæ Comitæ 8 Aug. 1658.

A Monsieur Monsieur HENR. BRUNO, Corrector
Tot
Hoorn.

N^o 507.

CHRISTIAAN HUYGENS à [A. DE BIE] ¹⁾.

[17 AOÛT 1658.]

La minute se trouve à Leiden, coll. Huygens

MIJN HEER

Alsoo mij over eenighe dagen door Monsieur Boddens een boeck is overgesonden het welck ick hem verocht hadde voor my te koopē, ende in sijn brief my niet heeft doen weten waer hij woont binnen de groote stadt van Amsterdam soo heb ick de vryicheyt genomen van desen ingefloten ²⁾ aen VE te adresseren, op dat deselve met het gelt daer in zijnde aen hem mochte ter hand komen. VE. gelieve my dese stoutigheyt, die ick niet soude gepleeght hebben indien ick beter middel hadde konnen bedencken ten besten te houden, ende my van gelycken te employeren, als synde

N^o 508.

CHRISTIAAN HUYGENS à [A. BODDENS].

17 AOÛT 1658.

*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens
La lettre est la réponse au No. 504.*

Juvenis Ornatissime

Quod ad humanissimas tuas literas hæcenus non responderim non alia causa est quam quod adscribere in ijdem neglexeris quo loco in tam vasta urbe habites, neque enim dubitabam quin et epistola si quam ad te dedissem et argentum simul mihi periturum esset. Verum cum diutius in aere tuo esse nollem, visum est tandem Clarissimo Domino de Bie (quem tibi non ignotum esse scio neque te illi,) hæc committere quas tibi tradendas curet ¹⁾. Ecce itaque præctium quod pro Ephemeridum

¹⁾ Cette adresse se trouve indiquée par la lettre suivante.

²⁾ Voir la Lettre N^o. 508.

¹⁾ Voir la Lettre N^o. 507.

volumine numerasti lubens restituo et persoluto licet pecuniario debito plurimum insuper ob diligenter navaram operam tibi me obstrictum profiteor. Quod de libellis nostris quaeris, neque tanti sunt ij quos vidisti ut aliorum tibi desiderium parere debeant, neque sanè quidquam postea typis edidi, nisi de Ratiocinijs alcae quaedam ²⁾ quae ad calcem operum Fr. Schotenij adjecta sunt. Itemque epistolam ad Xaverium Ainscom ³⁾ quâ respondi ad ea quibus *Éléazar* meam refutare conatus erat. quam tamen epistolam frustra legas nisi et illius librum videris. Vale.

Tibi ad omnia officia paratissimus

CHR. HUIJGENS DE ZUL.

Dabam Hagae Comitibus 17 Aug. 1658.

N^o 509.

[CONSTANTYN HUYGENS, frère,] à CHRISTIAAN HUYGENS.

25 AOÛT 1658.

La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Haerlem ¹⁾ le 25 Aoult 1658.

MON FRÈRE

Je me suis engagé de parole de faire avoir un des livres Flamands ²⁾ de mon Pere à une personne d'icy, à qui je ne l'ay pû aucunement refuser, je pretends de luy donner l'exemplaire qui m'est dû, en vertu de la lettre de dedication; mais d'autant qu'il seroit trop long temps avant qu'il pourroit estre relié et envoyé icy, je

²⁾ L'ouvrage cité dans la note 1 de la Lettre N^o. 409.

³⁾ C'est là Lettre N^o. 338.

¹⁾ Constantyn Huygens, frère, étoit à Haerlem avec son père à l'occasion du mariage d'Albert Snouckart van Schaumburgh, qui épousa, le 27 août 1658, Isabella Rattaler Doublet (morte en 1659), fille de George Rattaler Doublet et de Maria van Schoterbosch. (Dagboek).

²⁾ Ce sont les Korenbloemen (Voir la Lettre N^o. 362, note 3).

vous prie de me faire la faveur de m'envoyer le vostre, soubz promesse que je vous en feray avoir un autre des aussi tost que je seray de retour. Vous m'obligerez beaucoup, car je serois fort marry d'estre reduit à manquer de parole, comme je vous seray bien comprendre apres. Je vous prie de m'envoyer ce livre par les Chariots d'Haerlem qui partent demain au soir; ou enfin le plus tost que pourrez, car je seray encore icy jusques à Samedi. J'ay entre les mains vostre Wint-roer, apres avoir ³⁾ tout une matinée ce vieil Allemand, qui est malade à présent. Il me raccommode tout aussi tost celuy de Monsieur Lyere en nestoyant et graissant un peu le cuir de la pompe, qui estoit trop dur et sec. Adieu je vous prie de me faire avoir ce livre. J'espere que ma Soeur n'aura pas oublié d'envoyer mon linge avec celuy de mon Pere.

Il faut adresser le paquet à l'hofellerie *van't Gulde Vlies* et non pas à la maison de Monsieur d'OutCaspel ⁴⁾, pour bonnes raisons.

Mijn Heere Mijn Heere CHRISTIAEN HUIJGENS
ten huysse van Heere VAN ZUIJLICHEM

Port Cito

Jn

Cito

s'Gravenhaghe.

Dit is het merk van Confrater Johanna ⁵⁾.
Brengher deses is cen dienaar van Joffrouw Jean Jans die je het paquetje wel mede nemen sal ⁶⁾.

³⁾ Le participe manque ici.

⁴⁾ L'auteur désigne Jacob van der Moere.

⁵⁾ Constantyn Huygens cacheta cette lettre avec les armes de ce confrère, mais on les brisa en ouvrant la lettre. Ainsi nous n'avons pu déterminer qui étoit „ce Confrater Johanna”.

⁶⁾ Cette phrase, ainsi que la précédente, a été écrite sur le revers de l'adresse après que la lettre eut été pliée et cachetée; elle a été biffée après, la lettre étant transmise par une autre personne.

N^o 510.

H. BRUNO à CHRISTIAAN HUYGENS.

25 AOÛT 1658.

*La lettre se trouve à Leiden, coll. Huygens.
Elle est la réponse au No. 506.*

Nobilissimum meum, imò omnium, quibus de meliore luto finxit
præcordia Titan, quique sese student præfata caeteris animantibus,

Heroum decus,

Perillusttris Domini parentis vestri, Maccenatis mei, triadem epigrammatum ante
biduum rectè accepi. grates persolvere dignas non opis est nostrae. Sed, si ad mo-
mentum iterum libeat otioso esse, in Brunonis gratiam, Zulichemio, Brunonine
iterum tantisper licet esse flagitatori? annuit et, credo, dextrum sternutat Apollo.
Oro itaque, (ne eam per ambages, abituriente imprimis amico quodam meo Amstelo-
damum usque hæcè curaturo,) ut Proverbia Salomonis mea, id quod novissimis
expressi, nisi omnis me fugiat memoria, non minus quam Iobum atque Ecclesiasten,
Epigrammate decorare dignetur. Feriae instant; propediem itaque advolabo, de
omnibus coram et gratias et alia acturus. Deliberet interea, si id omnino estis auto-
res mihi, illustris iste *ὁ δὲν αὐτὸς*, utrumne Musas meas propitias an iratas ha-
bere mallet. Sed spero, confidoque ipsum quantocius ex Lentulo Celerem futurum,
daturumque operam, ut, quod ex serenissimarum principum, eorumque qui ipsi a
consilijs sunt, liberalitate ac decreto mihi debetur, tandem aliquando impetrem cum
gratia.

In hoc felici omine desino.

Incomparabili genio ingenioque additissimus
H. BRUNO.

Hornæ 25 Aug^{ti} 1658.

WelEdele, Hoogh-geleerde Heer,
Mijn Heer CHRISTIAEN HUYGENS,
ten huisje van sijn Heer Vader, den Heer VAN ZUIJLICHEM etc.
's Gravenhaeghe.

Port van Amsteldam.

N^o 511.

CHRISTIAAN HUYGENS à [R. F. DE SLUSE].

6 SEPTEMBRE 1658. ¹⁾

*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.
La lettre est la réponse au No. 502. R. F. de Sluse y répondit par le No. 514.*

Sommaire: opusculum. iter Romanum. problemata gallica. Horologium. Wallisij Commercium epistolicum.

CHR. HUGENIUS, SLUSIO S. D.

6 Sept. 1658.

Nobilissime Domine

Mitto tibi descriptionem Horologij nostri ²⁾ non tam ut constructionem ejus
inde discas, (siquidem automatam ipsam proculdubio jam inspexisti quum non-
nulla ejus generis Leodium deportata sint) sed ut stimulus hic tibi accedat quo
tuas quoque promissas nobis vigilias in lucem edere matures. Ecce jam dies
caniculares elapsi sunt, nec adhuc fidem exolvisti. Unde vereor ne Romanum iter
spem meam frustretur. Quod si ita fieri necesse est quaeso ut significes mihi in
quod tempus discessum pares. Diu est quod Johanni Hodiernæ Siculo ³⁾ Saturnij
Systematis ⁴⁾ auctori responsum ⁵⁾ debeo; id cum hætenus nescierim qua via ad
ipsum mittere possem, nunc Te rogabo ut Romam usque literas meas tecum

¹⁾ Avec un exemplaire de son „Horologium”. [Adversaria].

²⁾ Christiani Huygenii à Zvlichem, Conf. F. Horologivm. Hagæ Comitvm. Ex officina Adriani
Vlaeq. M. DC. LVIII. in 4^o.

Suivant ses Adversaria, Chr. Huygens en a envoyé des exemplaires aux personnes sui-
vantes:

Staten, De Wit, Wallis, Colvius, Paget, Calthof, Van der Wal, Heinsius,
Vossius, Burcht, Hooft, Hodierna, Gutschovius, Tacquet, Van Langeren,
P. Gregorius à St. Vincentio, Sarafa, M. Chapelain, Milon, Carcavy, Bouil-
laur (noch 2), Monmor, Roberval, Meibomius, Langius, Bartholinus, Sluse,
Schoten (3), Kechel, Gool, Bornius, P. Seghers, Kinner, Poot, Bruno (de
Rector tot Hoorn), Eibergen, Hevelius, Boddens, Papa, Broer Lodewijk (noch
3), M. Brus, Pres. Dedel, Van Leeuwen, Hereboord, Elsevier van Leyen,
Princ. Elisabeth, Eiberg, Le Ducq, Otter, Pieck, Colter (2), De Bie, M. Bi-
got, Pour M. de Belair (2), Pour Mr. Petit aen Vlaeq (3), M. Guifoni, Van
der Lingen, ontvanger te Utrecht, J. Joachim Bechero.

Italie, Jovis. Angl., Veneris & martis 8 mars
Germania, martis & veneris manè
bode van Alcaer, Dingsdags s' avonds.


³⁾ Voir la Lettre N^o 360^a, note 1.

⁴⁾ Voir la Lettre N^o 360^a, note 4.

⁵⁾ Voir la Lettre N^o 518.

ferre velis, atque inde curare ut in Siciliam porro perveniant. Quod officij spero pro humanitate tua haud gravate te suscepitum.

Anonymi Problematis circa cycloidem lineam propositis ulteriorem operam non impendi nisi quod centrum gravitatis in dimidio solido circa basin factò determinavi. puta cum cycloides ABC circa basin AC convertitur, quodque inde fit solidum plano ADCE in duo aequalia dividitur. Hic jam corporis ADCEB centrum gravitatis investigavi. at non hujus etiam dimittij ADBE. nec magnopere quidem hoc contendi, quippe incertus an non etiam ab autore pro impossibili habeatur. Procul dubio Wallisij Epistolicum commercium ad te quoque jam pervenerit in quo quaedam non incitata insunt sed eo praefertim nomine gratum mihi fuit quod Gallorum ἀλαζονισμὸν et de rebus non admodum magni momenti nimium triumphum aliquatenus compefci videam. Ego sane nec tantis. Vale.



ad te quoque jam pervenerit in quo quaedam non incitata insunt sed eo praefertim nomine gratum mihi fuit quod Gallorum ἀλαζονισμὸν et de rebus non admodum magni momenti nimium triumphum aliquatenus compefci videam. Ego sane nec tantis. Vale.

N^o 512.

CHRISTIAAN HUYGENS à J. WALLIS.

6 SEPTEMBRE 1658. ¹⁾

La minute et le copie se trouvent à Leyden, coll. Huygens.

La lettre est la réponse au No. 497. J. Wallis y répondit par le No. 560.

6 Sept. ²⁾ 1658.

JOHANNI WALLISIO.

Vir Clarissime

Quod lucubrationum tuarum pulcherrimarum identidem me participem facere non cesses plurimum tibi debere me fateor neque jam solvendo esse. Attamen gratum animi non mihi defuisse, licet eum datis ad te literis testari diutius intermiserim, at ne dubites, etiam atque etiam te rogo. Praeterito anno trina simul opera tua ³⁾ accepi Domino Trommio perferente, et nunc denno novissimum

¹⁾ Avec un exemplaire de son „Horologium“ [Adversaria].

²⁾ D'abord Chr. Huygens avait écrit: 28 août; mais ensuite il biffa cette date, probablement parce qu'il n'expédia la lettre que le 6 septembre. Wallis au contraire, dans sa réponse, indique cette lettre comme ayant la date du 6 août.

³⁾ En 1657 Wallis publia les ouvrages suivants:

a) Mathesis Universalis sive Arithmeticonum opus integrum Auct. J. Wallisio. Oxon. 1657. in-4^o.
b) J. Wallis, Adversus Marcum Meibomium de proportionibus Dialogum Tractatus Elencticus. Oxon. 1657. in-4^o.
c) Hobbiani Puncti Disputatio. Auct. J. Wallisio. Oxon. 1657. in-8^o.

illud⁴⁾ a Domino Ball, quo fit ut non fatis mirari possim, insignem illam ingenij tui facultatem, quae eo quoque major videtur quoties cum nostri tarditate eam comparo. Hobbij Meibomijque *Προβλήματα* uti merentur à te reprimi totius matheseos nomine mihi gratum fuit. Adversus hunc quid Langius in Dania ediderit ⁵⁾ et quid denno contra Langium Meibomius ⁶⁾ credo postea te vidisse. utque alter in alterius delicta lynceus sit in suis pariter caecutiant. Ainscomij certe tractatum ad te pervenisse significas ⁷⁾, quem et hac in parte non inutilem operam fuisse tecum cenfeo. Quae vero adversus meam Exerastin attulit, epistola edita ⁸⁾ pridem refutavi, in qua tuam quoque auctoritatem nominatim pro me allegavi. Sed haec tanti non videbantur ut ijs legendis otium impenderes. Vidi vicissim ex meis literis ⁹⁾ versus aliquor in falsa illa contra Hobbium diatriba te produxisse, quod mallem non factum, sed jam infectum fieri nequit. Epistolicum commercium quod nupere nunc misisti plurimum me delectavit neque e manibus deposui prius quam totum a capite ad calcem evolvissem. Nesciveram equidem de Problematis illis Arithmeticis tantis animis inter vos decertari. Quin imo idem de ijs sentiebam quod te quoque faepius expressisse video ¹⁰⁾, non debere bonas horas talibus impendi nisi cum potiora deessent, quae sane in geometricis offeruntur plurima. Interim non nego subtilitatis laudem egregiam vos merito ferre, qui, quae viro acutissimo Fermatio quasi nemini ¹¹⁾ alij perferutabilia visa sint, non una via assecuti sitis. Prae caeteris mihi placuit illa, tuane an Illustris Brounkeri, neque enim fatis certo id significas, methodus pagina 71 exposita. ex qua tamen nequaquam illud recte colligere mihi videris pagina 83, dari aliquem quadratum qui in datum numerum non quadratum ductus adscita unitate faciat quadratum. Nam secundum methodum illam operatione instituta, nequaquam scis quam diu continuandae tibi sint positiones antequam quaesitum obtineas, ideoque nec omnino certus esse potes an unquam eo perventurus sis. Sunt, inquis pagina 82 differentiae *b, c, d*, &c. numeri integri et continuè decrescentes, ergo tandem ad unitatem deveniri necesse est. at revera ex tua tantum hypothesis sunt numeri integri eoque illud supponere videris quod erat demonstrandum. Caeterum nec Fermatius ut puto feliciter hoc demonstrare potuit, quia vestrae solutioni plane acquiescit. Frenicilius certe aliquandiu in ea fuit opinione non quovis proposito numero problema possibile esse. hinc in syllabo paginae 149 nullus est qui respondeat numero 33, imo in literarum illarum autographo adscriptum erat 0¹⁰⁾. Sed postea eum errore correxit¹¹⁾. Unde illud quoque colligi videtur quod

⁴⁾ Voir la Lettre N^o. 497.

⁵⁾ Voir la Lettre N^o. 445, note 5.

⁶⁾ Voir la Lettre N^o. 445, note 4.

⁷⁾ Nous ne possédons pas cette lettre.


⁸⁾ C'est la Lettre N^o. 338.

⁹⁾ Voir la Lettre N^o. 272.

¹⁰⁾ Voir la Lettre N^o. 383.

¹¹⁾ Voir les Lettres N^{os}. 388 et 389.

pagina 136 inuisti, non aequè expeditam ipsius fuisse methodum ac vestram illam posteriorem. Ego canonem tantum inueneram eundem fere quem pagina 57 et alibi adducis; item hoc quoque, quomodo uno quadrato invento innumeris alij reperiantur, prorsus ita quemadmodum pagina 39 circa medium. Quae tum temporis Milonio¹²⁾ communicavi. Quaestionem de cubo qui partibus suis additus faciat quadratum non attigi, cum satis perspicere compendia tantum aliqua hac in re inveniri posse, quae à te egregie sane investigata sunt pagina 103 et sequentibus. Et non parum debemus vobis quod haec omnia non tanti esse ostendistis, quanti Fermatius et Freniclius ea aestimari voluerunt, quodque ea palam feceritis quae illi pro mysterijs habebant. Itaque missas jam faciant arithmeticas quaestiones, et quod ipsis auctor es, ad ea se accingant nobis exponenda tandem quae laudem ipsis, nobis voluptatem adferant. Nam et proprietates numerorum admirabiles demonstrare operae praetium esse existimo, in quibus plane eximia est illa quam in fine paginae 185 Fermatij epistola refert, Quae vero pagina 186 habetur, Potestates omnes numeri 2 &c. fatissime certa tibi videtur, ut de demonstratione ejus cuiquam discipiendum sit? Ego miror quomodo tam confidenter veram esse Fermatius promittere ausus sit, quum ne per inductionem quidem mortalium quisquam id comperire posse videatur. nam ad primos 4 aut 5 numeros rem succedere nihil nisi levem tantum verisimilitudinem inducit. Theorema tuum pagina 110 propositum elegantissimum est. potuit tamen proprietates illa trianguli amblygonij 120 graduum multo brevius alio modo demonstrari. Alterum quum excogitares quod ad conchoidem pertinet pagina 169 non videris animadvertisse spatium infinitum conchoidis etiam magnitudine infinitum esse, quod ego aliquando me demonstrasse memini. Etenim duarum magnitudinum infinitarum neque major una quam altera rectè dici potest neque proportione aliqua ad alteram referri. Venit mihi hoc loco in mentem theorema quoddam meum quod tibi



existimo non displiciturum. Cissoïdem lineam noli qua Diocles duas medias invenire docuit. Sit ea ABC. Semicirculus è quo originem habet ACD, in duos quadrantes sectus radio NC. Producitur vero Cissoïdes ultra circumferentiam versus E in infinitum, eadè semper naturà, ut quemadmodum $BH \propto HG$ ita fit semper $KL \propto LM$. Dico spatium infinitum rectis AD, DF et Cissoïde ACE contentum triplum esse semicirculi ACD. Item completo quadrato NO, Dico spatium ABCO triplum esse spatij APCO. Horum demonstrationem non videtur arithmetica infinitorum suppeditare posse quemadmodum in Hyperbolis novi generis.

Mitto una cum his descriptionem horologij nostri¹³⁾ de quo proculdubio ad te rumor

¹²⁾ Nous n'avons trouvé nulle part cette lettre que Chr. Huygens doit avoir écrite à Cl. Mylon entre le 1 février 1657 et le 7 mars 1658.

¹³⁾ Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 511, note 2.

jam pervenerit. Nam et ex vestratibus Domino Williamson¹⁴⁾ alijsque illud ostendi, et in Angliam jam pridem aliquot ejus generis automata deportata esse scio. Plurimum negotij mihi hoc inventum vel potius scelestorum hominum¹⁵⁾ ejus occasione improbitas dedit, fuitque in causa quo minus tractatum astronomicum de Saturni systemate diu promissum edere adhuc licuerit. Interim non possum quin ad ea respondeam quae in tuis ad Schotenum literis 4 Februarii datis¹⁶⁾ adscripseras. Nempè primam H phasin quae post sphaericam fulsit meae favisse conjecturae, sed serius aliquanto quam à me fuerit expectata; quod utrumque verum est. nec tamen hypothesis illa quae anagrammate meo continetur cujusque explicatio forsitan isthuc quoque jam pervenerit, quicquam infirmata est, sed indies veritati magis ac magis consentire deprehenditur. Hevelij hac in re commentum rectè notasti observatis minime convenire, non ijs modo quae editionem libri illius¹⁷⁾ secuta sunt, sed praecedentibus quoque. Desunt profecto telescopia ipsi ad haec observationes idonea; neque enim satellitem adhuc videre potuit. multo minus lineam obscuram quae medium Saturni discum distinguebat tunc cum rotundus et sine brachijs cerneretur, nunc vero versus inferiora aliquantum deflexit. Quod notare volui ne dubites illam mihi saltem conspectam esse. Ante menses aliquot è Sicilia mihi allatum est Systema quoddam Saturni¹⁸⁾ ab astronomo non antea mihi cognito¹⁹⁾ editum, Johanni Hodierna; cui et epistola²⁰⁾ qua me compellar subjuncta est. Viderat enim observationem meam²¹⁾ de Saturni luna, et ne praeveniretur systema illud continuo excudi fecerat. Est autem signum Heveliano etiam paulo absurdius, et vix dignum quod tibi exponam. Dicam tamen tribus verbis. Saturnum sphaeroidis oblongi formam habere credit, in quo binae maculae sint nigrae quae spacia illa nobis videri faciant quae medium discum inter et curvaturam anfarum interjacent. Bis autem per triginta annos sphaeroidis verticem ad nos directum esse eoque tunc rotundum Saturnum apparere. Verum ex hac hypothesi aliae quaedam phases existerent quam quae melioris notae telescopijs observantur a quibus etiam hic vir optimus se parum instructum esse quaeritur, et satellitem sibi factur haecenus non conspectum. Quid sibi illud velit in anagrammate vestro, *Quasi Lunando velitur*, nondum scire mihi licuit. Vellem tamen à te certior fieri, quoniam in tractatu meo ut aequum est hujus quoque vestrae *τηλέσιος* mentionem facere constitui. Problemata²²⁾ Galli anonymi de Cycloïde linea, si ad vos quoque pervenerunt, scribe

¹⁴⁾ Sir Joseph Williamson, mort en 1701, Secrétaire d'Etat et Membre du Privy Council jusqu'en 1678. Il cultiva les sciences et dota le Queen's College à Oxford de 8000 livres sterling.

¹⁵⁾ Huygens fait ici allusion, entre autres, à Simon Douw.

¹⁶⁾ Voir la Lettre N°. 456.

¹⁷⁾ Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 302, note 2.

¹⁸⁾ Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 360^a, note 4.

¹⁹⁾ Voir la Lettre N°. 360^a, note 1.

²⁰⁾ Voir la Lettre N°. 360^a.

²¹⁾ Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N°. 267, note 1.

²²⁾ Il s'agit du défi de Bl. Pascal. Voir la Lettre N°. 494.

mihî quæso qualenam de ijs iudicium feratis et an alicui tentata fuerit solutio. Ego pleraque eorum cum invenissem de caeteris quæsvi an autor ipse solutionem eorum sperande auderet. facile enim impossibilia excogitari posse, quæque nemo tamen ejusmodi esse evincere queat. Caeterum nihil accepi responsi, unde suspicor illos ea quaerere ex nobis quæ ipsimet invenire se posse desperant. Itaque Vale vir Eximie et prolixitati huic nimiae ignosce, ut et libertati quam subinde in tuis reprehendis nobis sumimus. Qua sane abstinere ni tuum animum ex meo acclimarem.

Jam quod pecuniario præmio diligentiam nostram sollicitat, nonne pulchre αλζογενεσθαι tibi videtur. Sed tempus est ut verbosæ epistolæ finem faciam.

^{a)} En marge on lit encore: Nulla demonstratio esse talem quadraturam [Chr. Huygens].

^{b)} quid ego [Chr. Huygens].

N^o 513.

J. VAN VLIET ^{c)} à CHRISTIAAN HUYGENS.

9 SEPTEMBRE 1658.

La pièce se trouve à Leiden, coll. Huygens.

Nobilissimo Viro CHRISTIANO HUGENIO
JANUS VLIETUS S.

Verbis dedisti, acceperamque ego verbis
Tuum libellum ²⁾, Christiane, iustrator
Sagacis ævi, temporumque librorum,
Et Archimedes alter. Ergo sic, inquis,
Perfecta res est profusus, et nihil restat.
Fateor. Sed illud verba ni dare est, quid sit
Dare verba, tu me nescium doce, quæso.
Vel si quid ultra non inanis expecto,
Desiderataque gratias tibi reddi,
Momenta vitæ ponderare fallacis
Certa molybde te docente quod possim;
At, quod dedisti, Christiane, nunc trade.

¹⁾ Jan van Vliet (Janus Vlietius) naquit à la Haye et mourut à Breda en 1666. Il était jurisculte, linguiste et poète latin.

²⁾ Voir l'ouvrage cité dans la Lettre N^o 511, note 2.

Testes Scæzontas hos bona fide allego, quod ultimo officio hinc oras discessurus apud Illustrem Parentem teque et Carissimum fratrem Ludovicum volens defungi non possim. Id epistolium hoc te intercedente velim exequatur; simulque, quod peto (nihil enim mediocriter curiositas mea postulat) obtineat, nisi poenituit voluisse dare. Absit ut hoc verear; quod in Constantem virum, et quidem Constantini Filium non cadit.

Ast tibi quas grates potero, praeclare, referre
Hugeni, faecli palma, decusque tui?
Nam tua nunc-inventa licet super aethera cantu
Tollere, et eximium munus ad astra, velim;
Dicere quid possim, quo tu non plura mereris?
Sidera quæ? non sint quæ tibi nota magis?
Laude omni cum sis itaque, omni et celsior astro,
Quid superest, tibi quam denique verba dare?
Verba sed affectus animi testantia, grati,
Et non fucatam promeritura fidem.

Adderem, quam meditor, Haganis Amicis xenoli vice relinquere, Oden meam, nisi ultimam manum limamque adhuc desideraret. Habe tamen paucula hæc inde excerpta, et si tanti putas, integram ³⁾ expecta porro. Vale, Suavissime Hugeni, et me ama.

Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum.

Me sed Hugenij, Siculas per artes
Ducta sub magno Genitore triga
Mille delectant noviter repertis,
Mille figuris.

Sive Parnassi avia, sive rerum
Mens sit arcanas penetrare causas,
Sive librato trutinare vitæ
Momina plumbo.

Hic novas terras novus Archimedes
Monstrat, et vastos Triviae recessus,
Aufonum et Regis comites, Jovisque
Indice vitro

³⁾ Voir la pièce N^o 522.

Lynceis quamvis oculis latentes
Prodit; ac quidquid procul hinc videtur,
Quidquid et visum fugit, intuiti
Cominus offert. &c.

Dabam Hagae IX. VII bris die

ϞϞ ϞϞ LVIII $\frac{P}{X}$.

Nobilissimo Viro CHRISTIANO HUGENIO.

Hagae Com.

N^o 514.

R. F. DE SLUSE à CHRISTIAAN HUYGENS.

[SEPTEMBRE 1658]. ¹⁾

La lettre se trouve à Leyden, coll. Huygens.

Elle est la réponse au No. 511.

Elle a été publiée, par C. Le Paige dans le Bull. di Bibliogr. T. 17.

Nobilissime Domine

Plurimum debere me fateor humanitati tuae, quod horologij tuj descriptionem ad me miseris, quam merito publicj iuris fecistj. Arbitror enim te non falso ominari²⁾, futuros fuisse qui praereptum irent vel auctum eam gloriam, quae tota tua est. Ego illam, si fors dabitur, Tibj constanter asseram: odi enim fucos *δμωσ ἀιδωσ πύλγσ*, et cordato viro semper indignum existimaj quod ait Comicus³⁾

Labore alieno magnò partam gloriam,
Verbis saepe in se transfouet, qui habet salem.

Gallorum Problemaj vacare haecenus non licuit, tum propter alia, tum maxime propter valetudinem, quam hac aestate, praeter morem meum, non satis firmam expertus sum. Jmo etiam, vt quod res est dicam, non multum libuit: gaudeo interim et Tibj gratulor quod eatenus processeris. Mouistj mihj saluam commemoratà Vallisij

¹⁾ Voir la note 5.

²⁾ Cette phrase semble indiquer que la Lettre N^o 511, telle que nous l'avons reproduite, n'est pas complète.

³⁾ Voir Térence dans son Eunuclus, Act. III, Scaena 1, Vers. 9, 10.

epistolà dicam an libro? quem editum ne fando quidem audiueram. Scribe igitur (sed cito, si me amas) et titulum et locum vbi proferet, vt eum per Bibliopolas nostros adferrij curem. Iter Romanum, cum nihil sit quod vrgeat, bona meorum venià, in aliud tempus distulj, quo fiet vt et commercio tuo, quo maxime delector, diutius fruaj et quod pollicitus sum facilius praestare possim. Exigis enim nunc pro iure tuo meam de duabus medijs Diatribam quam fortasse non tam diu distulissim, si mihi eadem quae Tibj editionis commoditas adfuisset. Sed hic frigent, imo ignota sunt καὶ ἐκκαταφρονητὰ eiusmodj studia, et quj ijs delectentur, paucj, vel vt planius dicam, οὐδείς. Epistolam, quam meditaris ad Astronomum Siculum⁴⁾, si ita Tibi videbitur, per Clarissimum Riccium commodè transmittam, qui pro eà quâ est humanitate, lubens, suo, suscipiet hanc curam. Perge igitur inuentis tuis ornare hoc faculum, et me constantj semper affectu credito

Tui oberuantissimum

RENATUM FRANCISCUM SLUSIUM.

Trepidatum est hic per hocce dies⁵⁾ alicuius coniurationis metu, quae tamen, Deo bene iuuante, in ipsis incunabulis suffocata est. Ἐλλὰ ταῦτα οὐδεν πρόδ γεωμετρίων.

Nobilissimo Clarissimoque Domino

Domino CHRISTIANO HUGENIO DE ZULICHEM.

VI

A la Haye.

⁴⁾ L'auteur désigne J. B. Hodierna.

⁵⁾ M. C. Le Paige fait à l'égard de la date l'observation suivante:

Cette note fixe la date de cette lettre: il s'agit d'une conspiration ourdie par un nommé Le Marêt, qui voulait s'emparer de la citadelle de Liège, le 8 septembre 1658. Le complot fut découvert la veille. De Marêt, arrêté, fut condamné par les Echevins, et exécuté le 12 septembre. Son exécution fut suivie de celle de quelques-uns de ses complices. Suivant l'usage du temps, on fit ce chronogramme: La Conspiration DV traltre Marêt. On peut lire les détails de cet événement dans différentes chroniques manuscrites de l'Université de Liège: F. Hénaux en dit quelques mots dans son Histoire de Liège, T. II, p. 478.

N^o 515.

CHRISTIAAN HUYGENS à J. HEVELIUS.

16 SEPTEMBRE 1658.¹⁾*La minute et la copie se trouvent à Leiden, coll. Huygens.**J. Hevelius y répondit par le No. 540.**La lettre a été publiée en facsimilé par A. L. Crelle dans son Journal für Mathematik, Bd. 24.*

16 Sept. 1658.

Spectatissimo Clarissimoque Viro Domino JOH. HEVELIO
CHR. HUGENIUS S. D.


